

Heinrich Schuckmann Hans Behr

Disputatio Iuris Publici, De Imperio Romano-Germanico

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731860969>


Druck Freier  Zugang



Röm.-dt. Reich

Karl d. Gr. geb. im Saalheime
Erfrauchen (S. 4)

Schuckmann - Behr. ^{Kert.} /a
R. N. Jhr. 1645.



DISPUTATIO JURIS
PUBLICI,
De
IMPERIO ROMA-
NO-GERMANICO,

134.

70

Quam

Consensu Nobilissimæ & Am-
plissimæ Facultatis Juridicæ in
Alma Rosarum,

PRÆSIDE

*Viro Amplissimo Consultissimo &
Excellentissimo*

DN. HEINRICO Schuckmann/

Jcto, Codic. in hac Academia Profess. publ.
meritissimo, Patrono atq; Fautore suo
singulariter suspiciendo,

Publicæ ventilationi proponit

HANS ~~BEHN~~ Nob. Mechelenburg.

*In Auditorio Majori ad diem 18. Januarij
currentis Anni 1645.*



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Academiae Typographi.

H

*Celsissimo, Genere atq; Genio Illustrissimo, Principi
ac Domino,*

DN. IOHANNI
Episcopo Lubecensi Reverendissimo,
Hæredi Norwegiæ, Duci Sleswigæ, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarschæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorst,
Mecanati atq; Evergetæ suo Clementissimo.

Millus triobolare ad Vest. Illustriss Celsitudinis pedes humillima animi
*cum deotione depono, subjectissima orationibus, pro innumeris hætenus tra
me Gratosè collatis beneficiis, debita, specimen atq; monumentum. Fateor equi
dem insignnum ferme tam Illustriss; aspectu esse: sed lacte supplicare & mola salsa
litare necessum cum iis, qui sibi adorantia thura non habent: Spero & Vest. Cel
situdinem humilem & deotam mentem meam ad Palladis arenam anhelantem,
Gratosè exinde collecturam, & hoc sub celo Academicæ quo sub aurambitalem
trabo Varriano, Disputatiunculam presentem natam, elementissimo vultu receptu
ram fore. Cum præsertim hæc materia Juris Publici, Vest. Celsitudinem tanquam
Imperij nostri Nobilissimum membrum præprimis deceat. Quanta enim distantia,
Principes sublimitatem & dignitatem Privatos & plebeos post se relinquunt; tan
tum Juris Publici studium Privato juri, Plebeis consilium suppeditant, antecellit.
Insuper cum mihi, qui per multum tempus Vest. Illustriss; Celsitudini hætenus, de
quo mihi & adhuc gratulor, ab officio, quæ a mea tenuitate proficisci poterant, fui,
quinq; digitis notius, quam sibi clementer iis, qui nobilitatis sue splendorem
non ab arca nummaria vel lutone emendant; sed doctrina & fortitudine æsti
mant vera & sincera; non potui non, quin studij mei Politico Juratici primitias,
quas cura mea suppellex suppeditavit, ad bonam literaturam & doctrinam col
lineantes, Vestra Celsitud. consecratas dedicem, non ac si pondere Vestra Augustæ
Celsitudinis Clementiam, quæ præceps ad suscipiendam ac ingrediendam horum
studiorum rationem existit, adæquent; sed ut modo animi & mentis meæ subje
ctissima indicio sint. & Vestra Generositas alumnus suum sumptus largissimè hæ
tenus collatos non male collocasse perspiciat. Interim me totum Vestre Celsitu
dinis Gratia pignoris loco obstringo Vestram Illustriss; Celsitud. cum suis & tota
Familia Genere & Genio Generosissima Illustrissima Divina protectione quæ ipsam
hoc conclamato Imperij nostri seculo, ab omni hostili visariam tectam conservare
velit, quam fidelissimè commendans.*


V. Illustriss; Celsit.

Subjectissimus

donec anima superest quæ ternio nostra


Dans Behr / A. & R.





Fortunante JEHOUA.

§. 1.



Dimodum concinnè Jctus Celsus ait in l. 7. ff. d. *suppellect. legat.* quod vocabulorum ministerio ad res declarandas utamur. Sunt enim voces notæ rerum imo picturæ consilio nonnunquam rebus impositæ, quæ earundem vim optimè explanant, quarumq; cognitione in ipsarum rerum saniosem intellectum pervenire possumus. De Imperio itaq; Romano Germanico paulum acturus, ipsius vocis prout eam usurpaturus, brevem enodationem tædiose verborum anfractui pareens præmitto.

§. 2. Imperio ab imperando nomen ori nemo, nisi cui fungus pro cerebro facile in dubium vocare ausit. Imperare quippe in Magistratu virtus maxima; Ejus enim officium id præprimis postulat, ut Rempublicam benè constitutam administrando & condigne imperando conservet.

§. 3. Dicitur Imperium nostrum Romanum à Romanis, qui primum id ipsum inceperunt. Sicut enim olim à Romulo fundatore Urbs Roma, ita meritò ab hac urbe à qua nostrum crepundia ducit, tanquam origine, Romanum vocatur. Qualibet enim fermè res ab origine venit æstimanda l. 8 ff. *Mandat.* Deia Imperium Romanum Orientale dictum fuit Romanum. Quidni itaq; & nostrum quod Imperatores nostri Orientalibus acceptum referunt, eandem appellationem sortiretur. Præprimis cū translatio rem ita conferat, ut in transfereute est. l. 20 ff. d. *acquir. rerum dom.* Taceo quod passim in Recept. imp. quibus indubitata fides habenda, Romanum appellatur das Heilige Römische Reich Teurischer Nation. Et passim Imperatores se Principes Romanos appellant. Nec est

A 2

quod

quod nobis aliquis amissam Romam objiciat. Siquidem non ur-
bis sed orbis circulo Imperium nostrum circumscribitur. *l. 9. ff. de*
l. Rhod. d. jact. Quondam Roma caput fuit ad nunc teste Poeta,

Quemcumq; sibi Germania Regem
Præficit, hunc dives submisso vertice Roma,
Suscipit & verso Tyberim regit ordine Rhenus.

§. 4. Germanicum dici autumo à successoribus Germanis.
Constantinus enim Imperator cujus ut majori reverentia populi
Orientales Majestatem respicerent, Sedem Imperatoriam in
Thraciam Byzantium à se constantinopolim dictam transtulit, &
sic quoq; summam potestatem in Orientem traduxit, interim Oc-
cidentale Imperium certis Præfectis gubernandum committens.
Sed postquam per multos annos Italia factionibus Longobardo-
rum & Gothorum misere vexaretur, adeo, ut Imperatores Ori-
entales Italiam pro derelicta fermè haberent, ad Carolum M. con-
fugere, ut ipse eos ab hac calamitate liberaret. Cui & Orientales
facile consenserunt, & ita cum eo pepegerunt, ut ambo fratres,
ambo Imperatores, ambo Augusti denominarentur. *Job. Limnæ. d.*
Jur. publ. lib. 1. cap. 5. n. 11. Quod etiam Carrolus M. præstitit &
Longobardis casis, Desiderio, Rege ipsorum capto, Italiam in Fran-
corum potestatem redegit.

§. 5. Atq; ita Carolus M. tam jure belli quam transactione
cum Imperatoribus Orientalibus & populi Romani applausu, non
per Pontificem ad Germanos imperium Occidentale transtulit; Non
ad Gallos: siquidem Carolus M. Germanus fuit. Natus quippe
est Ingelheimi quam urbem duobus millibus passuum à Moguntio
distare refert *Cuspinanus in ejus vita.* Quod etiam declarant ver-
sus *Peutingeri in sermon. conviv. d. admirand. German. antiqui-*
sat. p. 30.

Translato Imperio à Græcis, Germana repente
Natio suscepit regia sceptrâ & opus.
Germanus quoniam, nostro quoq; natus in orbe
Carolus, & verè semine Teuto fuit.
Nempe Orientalis Francus fuit unde recepit
Francia Gallorum quod modo nomen habet.

Itaq;

Itaq; Romanum in Germanicis non omnino deletum sed in successoribus Germanis adhuc hodiè conservatur.

§. 6. Imperij vox ambigua est nonnunquam enim accipitur pro territorio & locis quæ Reipublicæ Romanæ potestati subjecta, siquidem territorium de substantia Imperij est, nec ulla superioritas absq; subjecto quod eam recipit, consistere valet. Deinde accipitur pro hominibus Imperio subjectis. Nonnunquam pro ipsa potestate; Aliquando pro ipsa Reipublicæ forma; Deniq; accipitur pro civibus & personis omnibus. Nos vero illud accipimus quatenus Imperatorem & status & reliqua membra omnia complectitur, & idem ratione formæ & territorij enodabimus. Atq; ita non incommodè assimilamus corpori hominis. Quemadmodum enim in corpore reperitur caput tanquam præcipua pars, reperiuntur cor & pectus, reperiuntur pedes: Ita Imperatorem cum capite, Electores & Proceres imperij cum corde & pectore. Subditos cum pedibus & cruribus comparamus.

§. 7. Talem vero ipsi assignamus definitionem: Imperium Romano Germanicum est Respublica in qua unus à septem Electoribus eligitur eidemq; summa potestas disponendi de bonis & personis subditorum in DEI gloriam & civium emolumentum conferitur.

§. 8. Genus dicimus esse Rempublicam. Est autem Respublica ordo civitatis & Magistratum, præcipuè vero summi Magistratus utilitatis gratia. *Aristot. 3. Polit. c. 2.* atq; ita formalis ratio Reipublicæ consistit in ordine, qui in mutua iussè imperantium & parentium obligatione & jure consistit. *Tholosan. 4. d. Republ. c. 5.* Hoc enim natura exposcit ut sint qui imperent sint & qui pareant. Dum enim *Aristoteles* servos nasci pronuntiat & quidem rectè, dum quotidie videmus nasci quosdam usq; adeo impotentis animi, ut nec suis commodis nec de cibo & alimentis sibi prospicere possint; multo magis id de Imperio asserimus, cum in tota rerum natura deprehendamus aliis alia præstantiora, aliis alia subjecta.

§. 9. Unum statuimus eligi debere quo innuimus Imperium nostrum esse Monarchicum, quicquid etiam Bodiniani obganniant. Videmus etenim Status Imperatori præstare juramentum.

non modo fidelitatis sed & subjectionis *Wahrmund. ab Ehrenbergk lib. 2. de fæder. n. 161.* Unde omnibus & singulis Imperij Statibus & civibus ex plenitudine potestatis Imperat. *X. A. d. Anno 1521.* ensbieren allen vnd jeglichen. Dein Imperatorem Proceres respectu Regalium non ut Parem, sed ut præcipuum membrum caput videlicet agnoscunt. Imo quamplurima jura Majestatis propria sibi habet. Unde passim in Rec. Imper. mentio fit der *Kaiserlichen Hoheit/Freyheit vnd reservaten X. A. de Anno 1542. §. Hierumb der Kaiserlichen Macht vnd Vollkommenheit.* Solus quippe Imperator in Imperio jura territorialia iisque annexas Regales dignitates concedit. *l. 1. princ. ff. ad l. Jul. d. ambic. l. 5. C. d. divers. rescript.* Solus defendis Regalem dignitatem annexam habentibus, insignum summæ potestatis sententiam fert. *X. A. zu Wormbs de Anno 1521. sub Tit. Römischer Königlich Majestät Regiment. §. ob auch solchen vorfelen.* Solus Imperator in guerra universale dominium habet. *l. 3. ff. ad l. Jul. Majest. l. unic. C. ut armor. us. sin. juss. Princ.* Solus legibus solutus est; solus Majestas appellatur. Et quamvis nonnulla jura communicata habeant status cum Imperatore, attamen si aliquid exinde colligi potest, hoc erit, quod Imperium nostrum quidem ad Monarchiam inclinet, ita tamen ut Monarchia Aristocratia aliquo modo temperetur, hac lege tamen ut à potiori fiat denominatio & Monarchicum denominetur. *Goth. Anton. in diss. Antiquit. de potest. Imper. & Statu hodierno Imper.* Cui & sententiæ ad subscribendum non admodum difficiles erimus.

§. 10. Olim quidem in Republica Romana veteri alia forma obtinuit, quam ita (ut rem ab ovo repetam) demonstro. Initio quidem Status ipsius Regius fuit cum omnia septem Regum arbitrio administrata sunt, apud quos, absolutum & summum imperium fuit *l. 2. §. quod ad Magistratus 14. ff. d. orig. Jur. Flor. lib. 1. cap. 8. Carol. Sigon. d. antiquit. Jur. Civil. Rom. cap. 20.* Verum Regibus ob Lucretiæ pudicitiam a Sexio Tarquinio violatam, exactus, substituta est Aristocrata atque Consulibus, tandemque etiam Tribunis Plebis & urgente necessitate Dictatori constituto, judicia & summus Magistratus conceditur, potestate tamen summa penes populum non quidem ut singulos, sed ut univ-

universos remanente. l. 2. §. exactis 15. ff. de orig. Jur. Et ita Aristocrata tandem Democratia aliquantulum temperata. cum Plebiscita vim legis obtinere inceperunt §. 4. Inst. d. J. N. G. & Civ. Salust. in conjurat. Catilin. sed postmodum hac facies Imperij iterum mutata, & Monarchia fieri cepit, dum sublato Pompejo Cajsus Julius Cajsar solus regnavit & Monarcha factus est. Flor. lib. 4. histor. c. 2. & 3.

§. 11. Eligitur Imperator à septem Electoribus, Moguntino, Trevirensi & colonienfi, Rege Bohemæ, Comite Palatino Rheni, Duce Saxonæ & Marchione Brandenburgensi, illis tribus prioribus Ecclesiasticis hisce quatuor posterioribus secularibus, & quidem Francofurti ad Moenum. A. B. Tit. 1. §. præterea Tit. 28 §. invenimus. Sed in collegij septemvralis origine monstranda sudant nonnulli. Quidam enim dicunt id ipsum expressa aliqua constitutione ab Ottone III. lata, primum cœpisse, cui ut fidem faciant allegant Goldastum Tom. 3. Constit. Imp. pag. 371 constitutionis cujusdam de hac origine, fragmentum, referentem. Des Reichstrags vnter Käyser Otten dem III. gehalten von Sahun vnd Ordnung der Chursfürsten des Römischen Reichs vnd anderer Ständen. Nonnulli ajunt cœpisse hoc collegium tacito Procerum consensu. Sed tum aciem ab uiroq; latere paratam cernimus, turmæ quidem huic posteriori nostra vexilla jungimus, asserimusq; Collegium septemvirale non certâ aliquâ constitutione exortum, sed potius tacito totius populi & Principum consensu, cum tum temporis magnaearum familiarum apud reliquos Imperij Principes erat eminentia, post dein ab Ottone III. expressa lege confirmatam esse hanc consuetudinem non inficias ibimus.

§. 12. Diximus in definitione eligitur, è quo confectarium imperium nostrum Electivum esse. Ipse enim Imperator in suis capitulationibus id faterur. Vnd insonderheit sollen vnd wollen wir vns auch keiner succession oder Erbtich. fr des obernanten Römischen Reichs anmassen/ vnterwinden/ noch in solcher Gestalt vnter stehen/ oder dar nach trachen auff vns selbst/ vnser Erben vnd nachkommen oder auff jemand anders vnter stehen zu wenden. Capit. Ferdinand III. Imp. nostris Clementiss. §. 28.

§. 13. Et

§ 13. Et quanquam per annos 200. fermè continua serie ex eadem familia sibi successerint, qui sunt de domo Austriaca v. g. Albertus, Fridericus III. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. & hodie feliciter regnans Ferdinandus III. non tamen domus Austriaca hæreditariò imperium possidet, ut falso autumat *Jesuita Johannes Rho*, domum Austriacam ex hac falsa suppositione conjugem Romani Imperij denominans *Carpz. ad L. Reg Germ. c. 11. §. 2. v. 16.* Eliguntur enim Imperatores ex domo Austriaca ex rationibus prægnantissimis. Virtutes enim & merita Antecessorum hocce præmium exposcunt, ut iis qui sunt ex stirpe, Austriacorum præ aliis principibus fasces Imperij demandentur. Tum accedit potentia, ad quam in constitutione Imperatoris oculi collineant, ut talis sit Imperator qui Christiani nominis hosti infenso, & reliquis hostibus validè queat resistere; Eâ vero libertate quâ olim ex Saxonum & aliorum familia Reges Romanos elegerunt, & hodiè serenissimi DNN. Electores uti possunt.

§ 14. In Electione vero Imperatoris hæc imprimis notanda. Quod unus sicut diximus constituatur, quo Jure hodiè utimur, licet olim sæpè plures eodem tempore fuerint. *l. Divi Fratres 27. ff. d. pan. l. Imperatores 3. ff. de transact. l. Imperatores final. ff. ad SC. Turpill.*

§ 15. Sed diceret aliquis quod vivente Imperatore si Rex Romanus eligatur & tum duo potestate summa præditi sint. Uti historix testantur una cum Conrado I. Heinricum Aucupem: Cum Ottone I. Ottonem II. Cum Heinrico II. Conradum II. cum Carolo V. Ferdinandum I. Cum Ferdinando II. Ferdinandum III. regnasse. Verum notari debet magnum ratione potestatis discrimen esse inter Imperatorem & Regem Romanum. Rex enim Romanus qui non nisi urgente necessitate eligi potest; non suo sed Cæsaris nomine Rempublicam administrat. Non utitur aquila duplici sed simplici, non Bulla sed sigillo, quod omnium optime demonstrat *Frid. Hordleder. de caus. bell. German. lib. 1. c. 23. p. 94.*

§ 16. Deinde unus debet eligi, quo simul excludimus Gynæocratiam, quam optimi Politici quique rejiciunt. Reperimus enim

causa in societate domestica incommodum parere foeminae imperium, quidam in civili seu Republica? Cum destituantur necessariis ad imperandum requisitis. Hinc est quod *l. 2. ff. d. R. J.* à Civilibus officiis eas Imperator removeat. Imo moribus ab iisdem remouentur *l. 12. 2. ff. d. Judic.* Est enim à sexus foeminei pudore & verecundia alienum, muneribus virilibus se immiscere *l. 1. §. 5. ff. de postul. l. ult. C. d. recept. arbitr.* Tum quia adeo infirmæ sunt, ut ne sibi & suis rebus consulere & ritè prospicere possint. *l. 2. §. 1. & 2. ff. ad SC. Vellei. l. 1. C. quand. mulier. Tutet. offic. fungi. l. 4. C. d. spons.* Imo foeminae per naturam multo imbecilliores & infirmiores sunt viris. *Arist. 8. Ethic. c. 11.*

§. 17. Deindè persona in Imperatorem eligenda eximiis animi & corporis virtutibus dotata esse debet, prout hoc colligi potest ex iuramento quod præstant Electores *Ich N. Schwere das Ich will erwählen eine weltlich Haupt dem Christlichem Volck das da tüglich sey &c. A. B. T. 2. §. 2.* Quod vocabulum Tüglich omnes virtutes ad capacitatem Imperij requisitas comprehendit. Debet enim esse pius & Christianus quod non modoius divinum sed & humanum exquirat. *l. 8. C. d. summ. Trinit. l. 2. C. d. Offic. Praef. Prator. Afric.* Dein ut sit virtutibus Ethicis inbutus, ut fortitudine, temperantia. Nam qui voluptatibus ducuntur & cupiditatum lenociniis, missos facere honores nec attingere Rempublicam debent. *Cicero. pro Fest. Tacit. histor. lib. 2.* Insuper requiritur Magnanimitas. h. e. ut neq; perturbationi animi neq; hominis fortunæ succumbat. *Cic. 1. Offic.* Hinc semper illud *Seneca* ruminet. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri: de inimico dices non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit & cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis non vindicare potuisse: Scito enim magnum & honestum vitæ genus esse, ignoscere, & magnam fortunam, magnum animum decere; cujus Proprium, placidum esse & tranquillum & injurias & offensiones supernè despiciere *hæcenus Seneca verba.* Requiritur quoq; Prudentia, tum naturæ, tum artium bonarum & literaturæ ut & Eloquentiæ qua populum insolentem & obstinatum mulcere possit, cogniuone ac usu acquisita; atq; adeo Prudentia Principis ratione potius quam fortuna debet esse fundata: ut declarat *Hannibal. apud Liv. lib. 30. c. 39.* Nec non Iustitia. *Aristos. 5. Ethic. 4.* Remotà enim Iusticia regna nihil aliud sunt quam latrocinia *Augustin. 4. de Civit. DEI.* Imo &

B

Clemen

Clementia; hinc *Seneca 1. de Clementia c. 19.* qui vult amari, languida regnet manu. Nam qui Benignitate & Clementia Imperium temperare, his candida & læta semper omnia fuere. *Salust. ad Casar.* per eam enim DEI servatur imitatio. Uti ipse ait Imperator Justinianus in *l. ult. C. d. donat inter vir. & uxor.*

§. 18. Deniq; eam personam sereniss. DNN. Electores debent eligere quæ sit ex natione Germana, dubio procul propter ingenij, morum nec non linguæ convenientiam. Indignum enim foret teste Moguntino apud *Sleidan. lib. 1. de stat. Relig.* ex quadam extranea Natione quærere Regem & prisca Germanorū virtuti, quā omnibus ferè antecelant Populis & Nationibus aliquid detrahere, transferendo decus Imperij ad exteros Principes. Imo indignum foret extraneum Germano auferre, cum non censetur extraneus talem amorem erga subditos, qui sunt alienæ Nationis fovere. *Kirchner. d. Republ. Diss. 4. tb. 3. lit. C.*

§. 19. Modo tamen ex illustri profapia & familia oriundus, & vel ad minimum Comes sit. Dignitatem enim familiæ Authoritatem Personæ nonnunquam conciliare, experientia testatur. Ratio quoq; haberi debet potentiæ, ne nimis potens neq; nimis subjectus sit. Sumptus enim dum immensi ad dignitatem Imperatoriam requiruntur, merito talis constituendus, qui tantos ferre possit: Hinc Elector Moguntinus in Electione Caroli V. ad potentiores collineans, collegas suos ne leporem leonibus præficiant adhortatus est. Videndum tamen simul, uti Salsè Trevirensis respondit, ne ciconia præficiatur ranis. Uti refert *Sleidanus de Electione Caroli V.*

§. 20. Hisce omnibus probè pensitatis & Electione, facta Imperatori summa potestas & Majestas in Imperio confertur, quæ tamen per legem Regiam sive capitulationes aliquantum moderata, ita ut non solus omnia sine Procerum consensu & consilio agere possit. *Julius Pflug in Ora. de Republ. Rom. Germ. curand. p. 25.* Quas capitulationes ex partè Sleidan. refert in commentar. de stat. Relig. Clariss. DN. *Carpzovius* in calce commentarij sui ad *L. Reg. Germanor.* & hacce clausula concludi solent. Solches alles vnd jeders besonder / wie obsteht / haben wir obgemelter Römischer König den gedachten Churfürsten geredet / versprochen vnd zugesaget / bey vnseren Königlichem Ehren / wörden vnd worten thun dasselbe auch hiermit vnd in Krafft dieses Brieffes / &c. Sed plura de hisce scribendi licentiam non sumo, sed
cum

eum *Goldasto* non privato cuiuslibet, sed Sacratissimo Imperatori, Sereniss. Electoribus iudicium de hoc relinquo.

§ 21. Finis hujus electionis est gloria DEI & Reipublicæ Romano-Germanicæ salus & emolumentum quod querere & tueri Casares oportet l. 3. pr. ff. d. offic. Prefect. vigil. Ut enim Governatori navis, cursus secundus: sic moderatori Reipubi. Reipublicæ & civium salus procuranda. Hinc LL. XII. Tabb. summa hæc fuit: Salus populi suprema lex esto. Indicat quoq; hoc Imperator in Reichs A. zu Augspurg de Anno 1559. in fin. princ. vns mit der Burde der administration vnd Verwaltung des Heiligen Reichs auch anhangender dignitet, im Rahmen des Allmächtigen beladen &c. ibi. Das wir solch Kaysertlich Ambr vnd Regierung / Ihme zu lobe vnd Ehre / auch gemeiner Christenheit / bevorab dem Heiligen Reiche Teurscher Nation / dem gemeinem Vaterland zu auffnehmen Nutz vnd Wollfahre / tragen führen vnd verrichten mögen.

§ 22. Causam Imperatorem constituentem instrumentalem absolvimus. Principalis est DEUS T. O. Maxim. hinc l. 1. C. de vet. jur. enud. Imperator ait, Imperium nobis à caelesti Majestate traditum est: Prefat. A. B. in pr. R. A. zu Speyer de Anno 1576. Von GOTT anbefohlenen Kaysertlichen Ambr. Uude profitentur Imperatores se Imperium favente gratia Divina habere. Fridericus III. in der reformation zu Frankfort am Mäyn 1442. auffgerichtet. in princ. Einmal wir von Gottes gnaden unverdienter Sache zur wülden des Römischen Königlischen Gewalts erhöhet.

§ 23. Et est Magistratus ordinatio DEI, quæ DEO placet. In Saera Scripturâ enim Magistratui elogia sanè tribuuntur honorifica. Imo præcipit DEUS quam severissimè, ut subditi Magistratum honorent. Hinc certo certius statuimus Virum pium & verè Christianum bona conscientia officio Magistratus præesse posse.

§ 24. Dividitur ritè Imperium Romano Germanicum respectu maticulæ suæ de Anno 1521. Wormaciæ elaboratæ 7. ratione territorij in X. circulos. Initio quidem saltem sex constituti fuerunt, Francicus Bavaricus, Svevicus, Rhenanus Superior, Westphalicus & Saxonicus. R. A. de Anno 1500. s. wir Sechs Kähte; verum quatuor tractu temporis ipsis, accessere, Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus &

superior Saxonicus. *R. A.* de Anno 1572. verl. darauß haben wir den
 Ständen &c. *Arniseus d. Comit. c. 2. n. 39.* & hoe ordine se sequuntur,
 ut 1. sit Austriacus, 2. Burgundicus à domo Burgundica denominationem
 sortitus. 3. Electorius Rhenanus, à tribus Electoribus Ecclesiasticis
 quos comprehendit, ita dictus, 4. superior Saxonicus, 5. Francicus,
 6. Bavaricus, 7. Svevicus, 8. superior, Rhenanus, 9. Westphalicus,
 10. Saxonicus inferior. Sicut hoc ordine recensentur à *Reinkingio*
eundem à Paulo Matzb. Wehnero in pract. observ. describe. d. Reg. Sec.
U. Eccles. lib. 1. Class. 4. c. 1. n. 66.

§. 25. Sed omnino necessarium, ut qui velit status imperij esse
 uni ex hisce decem circulis addictus sit. *R. A.* de Anno 1512. §. darauß
 haben wir *R. A.* de Anno 1522. Hernach folgen die zehen Kreys/ wie
 vnd in welcher art/ die das Reich außgethelet; adeo, ut qui non alicui
 adscriptus reperitur, pro statu Imperij non reputetur. Hinc non incon-
 venienter negabimus, Regem Bohemiz statum Imperij esse, Bohemia enim
 in nullo Imperij circulo reperitur, sicut literis fateatur ipse Ferdinandus I.
 Fratrem Carolum V. libertatem coronæ Bohemicæ rogantibus, & in
 Comitibus Augustanis Anno 1548. exhibitis. Die weil die Reichssteuer
 bissher alleine auß die Stände in den zehen Kreysen bestimmet/ geschla-
 gen worden vnd aber die Cron Böhmen in keinen Krantz besnnden wür-
 de. Taceo quod contributionibus Imperij non sit obnoxia, nec Rex
 ejus in Comitibus jus sessionis & suffragij habeat, Sicut probat *Carpozv.*
ad L. Reg. Germanor. c. 5. sect. 9. per totum.

§. 26. II. Dividitur Imperium in status suos qui rursus specta-
 tā dignitate distinguuntur in classes certas. In 1. continentur Electores
 septem Ecclesiastici & seculares de quibus supra, in 2. Archiepiscopi IV.
 in 3. Episcopi, quorum nonnulli viginti septem numerant. in 4. Prin-
 cipes seculares quorum octodecim familias illustres numerant. In
 quinta locantur Prælati & Abbates. In sexta Comites & Barones. In
 septima Civitates Imperiales. Sed de statuum horum officio, dignitate
 & aliis prolixè differere, pagina non permittit; Illud modo quæro an-
 teivitates Imperiales in Diætiis votum consultivum, an decisivum obti-
 neant? Acriter sanè hoc in Puncto sibi contradicunt Politici. Ego ve-
 ro cum *Wurmsero in Exercitationibus Academicis Exercit. 7. Quæst. 5.*
ipsis decisivum adjudicarem. Quoniam quod omnes tangit ab omnibus
 etiam

etiam debet approbari, & legimus in pluribus Receptibus Imper. hæc verba finalia; Und wir Churfürsten vnd Prælaten, Grafen vnd Herrn vnd des Heyligen Reichs freye vnd Reichs-Städte/ gesanten Botschafften/ vnd gewalts haber benanten bekennen öffentlich mit diesen Abschiede/das alle vnd jede Puncten vnd articul mit vnseren gurtzen wessen willen vnd Raht vorgenommen vud beschlossen seyn R. A. zu Augsburg de Anno 1500. R. A. zu Wormbs de Anno 1521. Accedit quod Civitates Imperiales secundum sessionem in duo latera vid. Rhenanum & Svevicum secernuntur. *Paurmeist. d. Jurüdiß. l. 2. c. 1. fol. 420.*

§. 27. Deniq; Status dividuntur quoq; in certos quaterniones, ita ut quatuor numerentur Duces, quatuor Marchiones, quatuor Landgravij, 4. Burgavij, 4. Comites, 4. Barones, 4. Equites. 4. Urbes Imperiales, Pagi, 4. Rustici. Sicut hanc distinctionem apud probatos Authores, reperimus, unde facile memoriæ eam commendare possumus. Specialem tamen enarrationem si quis scire aveat, consulat. *Paurmeister. de Jurüdiß. Imp. Rom. l. 2. c. 1. n. 17.*


Nos vero pedem hîc figentes DEO Ter. Opt.
Maximo pro Spiritus Sancti clementi Gratia
assistente Gratiâ habemus eundem calidis in-
vocantes suspiriis ut quoniam ipse Imperia &
Reges constituit & conservat ut simul nostrum
Imperium hisce conclamatis temporibus sar-
tum rectum curet, eiq; tandem pacem &
optata halcionia largiri
dignetur.

SOLI DEO GLORIA.



B 3

Nobi.



Nobilitas, VIRTUTE carens, vix digna vide-
tur
Laudibus eximijs: VERA & genuina putanda,
Quæ vitiorum expers, PIETATIS lumine
splendens,

DOCTRINÆ radijs, ac INTEGRITATE coruscans
Præclaris factis MAIORUM stemmata adornat.
Talibus ac tantis cum tu sis dotibus auctus,
Haud trepidas BEHRI conscendere pulpita, docta,
Ex fundamentis conscribere lemmata Juris,
Concinnare theses, simul & defendere promptus
Niteris ingenij pulchras ostendere Vires.
Perge bonis avibus VIRTUTUM texere telam,
Sic tibi NOBILITAS cito conciliabit amorem
MAGNATUM, laudesq; tuas ad sidera tollet.
Serpere nescit humi DOCTRINA, nec incluta VIR-
TUS,

Sed surgit facile, & nomen famamq; per Orbem
Spargit, Poscendo sibi debita præmia honorum,
Quos nullus poterit livor Tibi ritè negare.
Annuat hisce pijs Votis DEUS ipse benignè,
Amplificet porro decus, ac tua cœpta secundet.

Ita spero & Voveo

Bernhardus Kling/ Cos.


EN! trahis eximiam laudem molimine digno hoc
Tempore, quo nostris Virtus Patria exulat agris.

Stem-

Stemmatis Egregij partum quod fortibus armis
Priscorum, Decori Studio da granatus augmen.
Quippe est Nobilitas cassus nuce demptus echinus,
Quam viduat am oculis lustras virtute perenni.
Virtutis connata hac sunt monumenta vetusta,
Perspicuo BEHRI te noscimus ungue Leonem.
Hactenus ut, pergas mitis DEUS annuet ausis,
Sicq; Rei poteris poplice inservire saluti.

hisce Nobiliss. DN Respondenti, Amico
& contubernali suo plurimum di-
lecto gratulabatur

M. Fridericus Berlichius.



IAm nunc Ausoniae morbos, vitiisq; senectam
Agnatis Aquilae fata citata vehunt.
Cessit honos senio. superest modo nominis umbra
(Heu!) dignae sortis splendidioris Avi.
Quid querimur noxam? nobis scelera ipsa, nefasq;
Hac mercede placent. si removenda lues;
Causa prius removenda tibi est, qui membra juventae
Huic Aquilae solitae flore vigere cupis.
Tolle nefas numenq; litent revocata per orbem
Cum Pietate Fides, cum Probitate Decus.
Has sed qui dederit reduces erit alter ab illo,
Qui dederit pacem. Quam, DEUS Alme, dabis!

*Nobilissimo Domino Respondenti, cum ap-
plausu & voto optata felicitatis,
festinans apposui.*

Johan Friederich von Holstein.
Nobilis Hols.


Littis

Litis materies Marti Phæboꝝ, cruenta
 Gloria cuiꝯ, sua Nobilitatis erat;
 Ille patronus acris, sed & acrior iste suorum,
 Partes Doctorem militum at alter agit,
 Usq; ad eò lis hæc capitalis maxima, Phæbo
 Cessisset palmam ni Pater ipse deũ,
 Nobilitatem etenim damnabat sanguine jædam
 Martis & in quavis devia præcipitem.
 In nunc & jacta tua prælia, vulnera, cades
 Nobilitas Martis, vah! documenta, tui,
 Cedant arma toge, sepeliri in pulvere nescit
 Musarum & Phæbi, cedere nescit amor.
 Et quis non tecum, mi BEHRL nobilis, alta
 Vota amet, in Phæbi hæc arma gerens acie?
 De cælo faxit Deus, ut de mente, supremum
 Augmentum capias Nobilitatis, eã.

Ex sincero adfectu Nobiliss: Duo:

Resp: fac:


Nicolaus Schwabe/Rend: Holf:





Militiæ multi satagunt auferre coronam,
 Præmia pugnando magna parare sibi.
 At studiosa cohors dignum virtute laborem,
 Cum subit, eximiæ præmia laudis habet.
 Tu, bone amice bonum te præbes, fortibus armis
 E Cathedrâ pugnans non sine laude, virum.
 Gratulor ex animo, feliciter omnia cedant
 In tua per petuum commoda magna, Vale.

Ita properabat lubens

Lucas Cunradus Schaffshausen.







the scale towards document

privato cuiuslibet, sed Sacratissimo Imperatori, Sere-
licium de hoc relinquo.
hujus electionis est gloria DEI & Reipublicæ Ro-
salus & emolumentum quod quarere & tueri Casa-
ff. d. offic. Prefecti, vigil. Ut enim Governatori
ndus: sic moderatori Reipubi. Reipublicæ & civi-
da. Hinc LL. XII. Tabb. summa hæc fuit: Salus po-
to. Indicat quoq; hoc Imperator in Reichs A. zu
1559. in fin. princ. vns mit der Burde der admini-
paltung des Heiligen Reichs auch anhangender di-
n des Allmächtigen beladen &c. ibi. Das wir solch
vnd Regierung / Ihme zu Lobe vnd Ehre / auch ge-
it / bevorab dem Heiligen Reiche Teutscher Nation/
aererland zu auffnehmen Mus vnd Wollfahrt / tra-
tichren mögen.
am Imperatorem constituentem instrumentalem ab-
pulis est DEUST. O. Maxim. hinc l. i. C. de ver.
or ait, Imperium nobis à caelesti Majestate traditum
pr. R. A. zu Spener de Anno 1570. Von GOTT
ferlichen Ambr. Uude profitentur Imperatores se
gratia Divina habere. Fridericus III. in der refor-
fore am 1442. auffgerichtet. in princ. Ein-
ttes gnaden unverdienter Sache zur wörden des
ichen Gewalts erhöhet.
Magistratus ordinatio DEI, quæ DEO placet.
enim Magistratui elogia sanè tribuuntur honorifica.
IS quam severissime, ut subditi Magistratum hono-
certius statuimus Virum pium & verè Christianum
officio Magistratus præesse posse.
litur ritè Imperium Romano Germanicum respectu
anno 1521. Wormaciæ elaboratæ i. ratione territorij
itio quidem saltem sex constituti fuerunt, Francicus
s, Rhenanus Superior, Westphalicus & Saxonicus.
p. s. wir Sechs Rähre; verum quatuor tractu tem-
p, Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus &
B 2
superior